Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



De Egris quoque pretium viri vel an-
cille pro anno vel dimidium omni-
que possidet et siquem fraudavit
reddere quadruplum ut xpus
iudicat etc. Item de eodem

Item alibi pro uno anno in pane
et aqua xv biduans pro alio anno
xii vices l. psalmos genua flec-
tendo pro tercio anno in venera-
da festivitate qualem elegit bi-
duanas faciat psalterium cantet
immobilis stans pro quarto anno
nudus ccc virgarum percussiones
recipiat Pro quinto anno suo
victu quantum valet penset et ta-
tum det in elemosina pro sexto
anno redimat se quantum valet
et de ipso precio cui malum fecit
restituat et si ipse non vivit he-
des legittimos querat pro septimo
anno derelinquat omnia ma-
la et faciat bonum etc.

Item de eodem

Et qui ista implere aut non
vult aut non potest et reliqua
sicut in penitenciali scriptum est/
Et qui de psalmis hoc quod dixi-
mus superius implere non
potest eligat iustos qui pro illo
hoc faciant et de suo precio aut
labore hoc redimat etc.

Ex epistola Clementis pape
de eo qui pro mercede ieiunat

Si quis pro merende et ieiunat
et aliena peccata suscipiat in se non
est dignus nominari xpianus
leuinorum pro se quantum promisit pro
illo ieiunare et quod accepit det
pauperibus etc.

De fratre non peccante ad mortem
et ad mortem etc.

Ex epistola Iohannis evangeliste

Quis scit fratrem suum peccare non
ad mortem postulet pro eo et dabit
ei vitam deus Si quis usque ad
mortem peccat quia est peccatum
usque ad mortem non pro illo dico ut
roget quis. Item de
criminibus culpis etc.

Item legimus in penitenciali
pro criminalibus culpis annum
unum aut ii vel iii penitencia
agere in pane et aqua vel pro
aliis minutis culpis mensem
unum aut ebedomadis similimo
apud aliquos hec causa ar-
guta et difficilis est et ideo quia
ita non potest facere consilium
damus de psalmo et oratione
vel elemosina et aliquos dies
in penitencia pro hoc esse debent
Et qui potest implere quod in pe-
nitenciali scriptum est bonum est
Et hic ordo est pro eo quod superius
diximus quod facere debeat de
psalmodia in penitencia/ De eodem

Et qui plus non novit et ita
penitere debet et ieiunare non
potest unumquemque die de precio va-
lente denarium pauperibus ero-
get et ieiunet unum diem usque
ad nonam et alium usque ad vespe-
rum et quod habet manducet

Quando in uno anno. De eodem

cum pane et aqua penitere debet
donec elemosina solidos xv et
uno die ieiunet usque ad nonam
in alio semper usque ad vesperum
et in tribus quadragesimis quan-
tum sumat penset et tribuat
me dietatem in elemosinam etc.

Item de eodem

In secundo anno remisso est pe-
nitencie de natalis domini usque
in epyham et de pasca usque ad pe-
thecosten et qui non potest sic agere
penitencia sicut superius diximus
in primo anno erogat elemosinam